



**Liber Officialis Seu Agendorum Pastoralium S. Trevirensis  
Ecclesiæ**

**Johann Hugo <Trier, Erzbischof>**

**Mogvntiæ, 1688**

Processio ad petendam pluviam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75322](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-75322)

## Oremus.

Deus in cuius miseratione, animæ fidelium re-quiescunt, famulis & famulabus tuis omnibus, hic & ubique in Christo quiescentibus, da propitius veniam peccatorum, ut à cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine latentur.

Fidelium Deus omnium, conditor & redemptor, animabus famulorum familiarumque tuarum, remissionem cunctorum tribue peccatorum, ut indulgentiam quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur. Qui vivis & regnas cum Deo patre in unitate &c.

Requiescant in pace. R. Amen.

## PROCESSIO AD PETENDAM PLUVIAM.

**A** Gantur omnia ut ~~suprà~~ <sup>in diebus Regationum</sup> in Litanie majoribus usque ad finem Litaniarum, in quarum precibus post Versum: Ut fructus terræ &c. bis dicitur: Ut congruentem pluviam fidelibus tuis concedere digneris. R. Te rogamus audi nos.

In fine dicitur: Pater noster. secrètò.

v. Et ne nos inducas in temptationem.

R. Sed libera nos à malo.

### Psalmus 146.

Laudate Dominum, quoniam bonus est psalmus:  
Deo nostro sit jucunda decoraq; laudatio. &c.

P p 3

Dein

**Processio ad petendam pluviam.**

**Dein preces:** Operi Domine cœlum nubibus.

**R.** Et para terræ pluviam.

**V.** Ut producat in montibus fœnum.

**R.** Et herbam servituti hominum.

**Dominus exaudi orat.** Dominus vobiscum.

**Oremus.**

**D**eus in quo vivimus, movemur & sumus, pluviam nobis tribue congruentem, ut præsentibus auxiliis sufficienter adjuti, sempiterna fiducia sumus appetamus.

**P**ræsta quæsumus omnipotens Deus, ut qui in afflictione nostra, de tua pietate confidimus, contra adversa omnia, tuâ semper protectione muniamur.

**D**a nobis quæsumus Domine pluviam salutarem, & aridam terræ faciem, fluentis cœlestibus dignanter perfunde. Per Dom.

**D**ominus vobiscum. **B**enedicamus Domino.

**E**xaudi nos omnipotens & misericors Dominus.

**R.** Amen. **E**t fidelium animæ per miseric. &c.

## **PROCESSIO AD SERENITATEM.**

**O**mnia ut supra in Litaniis majoribus, & bis dicatur:

**U**t fidelibus tuis aëris serenitatem concedere digneris! **R.** Te rogamus audi nos.

**I**n fine dicitur Pater noster &c. **E**t ne nos inducas.

**Psalmus**